Sit in figuris *Prop*. 52 & 53 hujus ; MLN, angulus visorius, quo comprehenditur imago ope quotcunque lentium vel speculorum, datus ; sintq; dati anguli ILN, ILM, & LI, distantia oculi ab imagine prima ; in triangulo igitur rectangulo LIN, datis, angulo ILN, & latere IL, datur & latus IN ; eodemq; modo reperitur IM: data igitur visibilis imagine, MN; ope quotcunque lentium, vel speculorum, projecta : & datis, lentium, vel speculorum, & imaginum, a se invicem, distantiis ; inveniatur, visibilis angulus visorius, ex vertice suae incidentiae per *Prop*. 53 hujus : quod erat faciendum.

Expeditius tamen ; ut ID ad IL, ita tangens anguli MLI, ad tangentem anguli MDI, seu BDV; similiter quoque reperitur VDB; datis itaq; lentium, vel speculorum, & imaginum a se invicem distantiis, & angulo visorio imaginis, ex vertice suae incidentiae, ADB; eodem modo procedendum ut in solutione *Prop*. 53 hujus.

Prop. 58. Problem.

With one focus and the position of the axis given for a kind of ellipse ; and with the position given of a line cutting the axis : to find the ellipse of which the given line shall be perpendicular to the circumference.

Let AB be the straight line produced in either direction, cutting the axis with the given position FA, in the point A: and the ellipse shall be found, of which the focus is F, and the axis [lies] in the line FA. The ratio of the separation of the foci to the axis of the ellipse shall be as R to S ; thus, as the right line BA, incident on the ellipse at the point E, shall be perpendicular to the line of the tangent EM of the ellipse. As R to S thus FA is to FE ; and the angle AEL is equal to FEA ; the line EL is joined. I say that the points F, L are the focal points; and FE, EL together are equal to the axis of the ellipse sought. For with the ellipse described to such an extent, the line BAE, dividing the angle LEF in two equal parts, will be perpendicular to the tangent, surely ME, in the point E. Since the angles LEA, AEF are equal ; thus as FE will be to FA, so EL to LA; thus as FE to FA,

that is S to R, hence FE, EL likewise, surely the axis of the ellipse, to FA, AD likewise, surely the separation of the foci: therefore the ellipse with foci F, L has been described, passing through the point E, the ellipse sought; which was to be shown.

Prop. 58. Problema.

Datis; specie ellipseos, uno foco, & positione axeos ; dataq; linea, axem, positione datum, secante: ellipsim invenire, cujus circumferentiae, perpendicularis sit linea data.

Sit recta AB, utrinq; producta ; secans axem, positione datum FA, in puncto A: sitque invenienda ellipsis, cujus focus F, & axis in linea FA ; ratio distantiae focorum, ad axem ellipseos, ut R ad S ; ita, ut BA recta, incidens in circumferentiam ellipseos, in puncto E, sit rectae, EM ellipsim tangenti, in puncto E, perpendicularis. Sit ut R ad S, ita FA, ad FE ; sitq ; angulus AEL, aequalis angulo FEA ; & jungatur recta EL. Dico F, L, puncta, esse focos, & FE, EL, simul, esse aequales axi ellipseos quaesitae. Descripta enim tali ellipsi, recta BAE dividens angulum LEF bifariam, erit perpendicularis ad contingentem in puncto E, nempe ME ; & quoniam anguli LEA, AEF sunt aequales; erit ut FE, ad FA, ita EL, ad LA; igitur ut FE ad FA, hoc est S ad R, ita FE, EL simul,

[**90**]

nempe axis ellipseos, ad FA, AL simul, nempe FL distantiam focorum : est igitur ellipsis, focis F, L, descripta, & transiens per punctum E, ellipsis quaesita ; quod ostendendum erat.

Prop. 59. Problem.

To build a telescope from a single lens, with the aid of which far-sighted eyes may perceive the angle of vision of a distant visible object a great deal enlarged, with distinct vision.

Let AEB be the angle of vision of a distant visible object; and let a telescope be constructed from a single lens, with the help of which a relaxed eye can see the image of a distant object distinctly, with an angle of vision AOB : AEB, AOB shall be two triangles above the same base AB; and the right line EOL shall be drawn perpendicular to the base AB, and cutting this at L in two equal parts. Then with the focus L, and with the axial position LE, a dense ellipse may be described of that denser medium, from which

the lens is to be made, and [another] from air, in which the eye exists; thus as the right line BE produced shall be the perpendicular of this circumference in F; & for the same ellipse, AE produced will be the perpendicular to the circumference in C; with the same focus L too, and with the same axial position LE, an ellipse of the first density [i.e. air] is also described ; thus as the right line BO produced will be the perpendicular of this circumference in M; & for the same ellipse, AO produced will be the perpendicular to the circumference in N; & from the revolution of these ellipsis about the common axis EL, a certain lens shall be made, from the before mentioned denser medium, with a convex part FC, and a concave part MN. I say that a long-sighted eye [*i. e.* relaxed eye] in the concavity MN, sees a distinct distant visible object, of which the angle of vision is AEB, having the centre in the axis of the lens produced, through the [increased] angle of vision MON or AOB. For indeed the extreme points of visibility are in a single plane with the axis of the lens by hypothesis; because the centre of visibility is on the axis of the lens produced; & therefore the surface of common refraction is the same figure, from the rotation of which the lens has been generated, surely FC, MN; & EC, EF produced deal exactly with the visible object, since the angle FEC is equal to this angle of vision; & therefore the rays of the extreme points of the visible object are incident normally on the common surface of refraction, that is the axes of the pencils of the extreme points of vision, are the rays CE, FE, & therefore the apices of the pencils, of the extreme points of vision, are B, A , surely the common sections of the axis of the pencils of the extreme points of the visible object with the plane drawn through the focus L, to which the perpendicular is the axis of the lens. Then if AO, BO are produced within the common surface of refraction to the surface of the lens at P & Q ; & the rays are drawn of the extreme visible points incident at P & Q ; & these rays may be refracted with regard to the apices of their pencils A & B, and as they shall be straight lines to the common surface of refraction at M & N; but all the rays falling on the surface of refraction NDM itself, & extending to the points of the line ALB, shall be reduced to being parallel with these rays directly incident on the surface, and entering without refraction; as is easily deduced from *Prop.* 17 & 37 of this work : therefore all the rays of the extreme points of the visible object are reduced to being parallel with the lines OB, OA ; & therefore the visible object is seen with an angle of vision equal to AOB itself ; but it appears, & to the far sighted eye distinct, since the rays of the individual visible points are parallel after leaving the lens ; which was to be shown.

Scholium.

This problem could also be resolved with the help of a rarer medium between the visible object and the eye ; but since it is of no more usefulness, we omit the demonstration of this, but it is brought about with the aid of a dense hyperbola, this being brought about with the help of an ellipse. Also the same illustration is able to demonstrate this, for

which in the preceding, indeed with the angle of vision always proportional. But I relinquish the demonstration, for the sake of exercising the talent of the studious.

Note on Prop. 59. Problem: We are dealing with paraxial rays incident on an ellipsoid. In modern terms, the refractive index is chosen as the inverse of the eccentricity: thus, rays parallel to the optical axis converge on the more distant focal point L; while paraxial rays converge to a point in this focal plane. As Gregory shows, a ray through the near focus E and perpendicular to the surface can be used to locate this point, A or B. Hence the position of the first image AB is located. The same reasoning is applied to the second ellipse, which is considered as an ellipse of air in a glass medium: just as a parallel beam of paraxial rays converge for a dense ellipse, so a beam converging to the far focus of a less dense ellipse are rendered parallel to the ray through the near focus.

Prop. 59. Problema.

Ex unica lente, telescopium fabricare, cujus ope presbyti comprehendant angulum visorium visibilis longinqui quantumlibet auctum, cum distincta visione.

Sit angulus visorius visibilis longinqui AEB sitq; telesciopium ex unica lente construendum, cujus ope presbytus videat, visibilis longinqui imaginem distinctam, cum angulo visorio AOB: sint duo triangula isoscelia AEB, AOB super eadem basi AB; ducaturq; recta EOL, in basem AB perpendicularis, & eam bifariam secans in L. Deinde foco L , axeos positione LE, describant ellipsis densitatis illius diaphani densioris, e quo fabriqanda est lens, & aeris, in quo existat [existas in ms.] oculus ; ita ut recta BE producta, illius circumferentiae sit perpendicularis in F; & in eadem ellipsi, AE producta erit perpendicularis circumferentiae in C; eodem quoq; foco L, & eadem axeos positione LE, describatur ellipsis prioris etiam densitatis, ita ut recta BO producta, illius circumferentiae sit perpendicularis in M; & in eadem ellipsi, AO producta, erit perpendicularis circumferentiae in N ; & ex revolutione harum ellipsium circa

communem axem EL, fiat lens quaedam, ex diaphano densiore praedicto, convexa ad partes FC, & concavitate ad partes MN. Dico oculum presbyti in concavitate MN, videre visibile longinquum, cujus angulus visorius AEB, habens centrum in axe lentis producto, distinctum, per angulum visorium MON seu AOB. Sunt enim extrema visibilis puncta in uno plano cum axe lentis ex hypothesi ; quoniam centrum visibilis est in axe lentis producto ; & igitur communis earum superficies refractionis, est eadem figura ex cujus revolutione genita est lens, nempe FC, MN, & EC, EF productae exacte comprehendunt visibile, quoniam angulus FEC est aequalis ejus angulo visorio; & igitur radii extremorum visibilis punctorum in superficiem refractionis communem normaliter incidentes, id est axes penicillorum, extremorum visibilis punctorum, sunt radii CE, FE, & igitur apeces penicillorum, extremorum visibilis punctorum, sunt B,A, communes nempe sectiones axium penicillorum extremorum visibilis punctorum cum plano per foco L ducto, cui perpendicularis est axis lentis. Deinde si AO, BO in communi refractionis superficie producantur ad lentis fuperficiem in P, & Q, & ducantur radii extremorum visibilis punctorum incidentes in P & Q ; refringentur hi radii, in apices suorum penicillorum A & B; cumq; sint recti ad superficiem communem refractionis in M & N; irrefracte penetrabunt ad A, & B ; superficies autem refractionis NDM omnes radios in se incidentes, & ad puncta rectae ALB tendentes, reducit ad parallelismum illis radiis directe in superficiem MDN incidentibus, & irrefracte penetrantibus ; ut facile deducitur ex Prop. 17, & 37 hujus : omnes igitur radii extremorum visibilis punctorum reducuntur ad parallelismum lineis OB, OA ; & igitur visibile videtur angulo visorio aequali ipsi AOB ; apparet autem, & presbytis distinctum, quoniam singulorum visibilis punctorum radii, post egressum e lente sunt paralleli ; quod ostendendum erat.

Scholium.

Poterat etiam hoc Problema resolvi, ope diaphani rarioris inter visibile & oculum ; sed quoniam nullius est utilitatis, demonstrationem ejus praetermittimus, perficitur autem ope hyperbolae densitatis, sicuti haec perficitur ope ellipseos. Eadem etiam illustratio demonstrari poterat hic, quae in prioribus, nempe angulo visorio semper proportionata. Sed studiosis exercendi ingenii gratia, demonstrationem relinquo.


Epilogue.

From these few propositions explained here generally, there depends not only the whole principle of the telescope, but also everything about catoptrics and dioptrics. Indeed it is shown when the image shall be made distinct, when confused; in which place the image of the visible object shall arise, and how great a part of that may be seen by the eye; in what ratio the image shall be enlarged or diminished, made bright or dim; how the image is to be made, how it is to be calculated. Now it remains for us to say a little about certain kinds of telescope. These two particular optical instruments are so much in daily use: the telescope for distant viewing, and the microscope for the near; to which we may add a third, namely the iconoscope, for projecting images of
visible objects, shown in *Prop.* 52 of this work. These instruments are of three kinds: without doubt from pure dioptrics, being recognised so much until now; or from pure catoptrics; or from a mixture, part from catoptrics and part dioptrics. Then in each one, to be able to generate countless kinds, indeed from 2, 3, 4, etc lenses in the first, mirrors in the second, and from mirrors and lenses in the third. Within each of these kinds there are still two subdivisions, the one shows the image situated erect, the other inverted; from

which that is always to be equally preferred with the others which represents the image situated true and erect. But of the first kind, indeed from pure dioptrics, this is the only property, as many lenses as you please can be continued thus in order that the image may be enlarged as much as you please; but this has disadvantages. In the first place, the imagines themselves generally are not able to grow in separation in a manageable enough manner. Secondly, pertaining to the final image, it is not able to be enlarged enough with regard to the illuminating images, except by weakening the rays of the visible object by the great width. Thirdly, the thickness of the individual lenses weaken the rays slightly. These indeed are the properties of the second kind [of telescope]: first because, pertaining to the final image, it can be dilated as you please, without any weakening of the rays; secondly, because the images themselves need not grow in separation; but with this they have not a small disadvantage, as it will be hardly possible to continue beyond two mirrors. But the third golden kind has no disadvantage, and it is able to have all the properties of the former kinds, if lenses and mirrors may be duely disposed; this is if mirrors shall be applicable to the ultimate and penultimate images, and lenses applicable to the remainder of the images. And thus, for the sake of an example, we will describe one telescope of this most perfect kind . Let AFCE be a concave parabolic mirror most carefully polished, in the focus C of which is placed a small concave elliptical mirror having a common focus, and a common axes with the concave parabolic mirror, and may be fastened in this position; but it is necessary that the preceding focus of this elliptic mirror shall approach as close as possible to its vertex, and the other focus shall be the greatest distance from this vertex; the other focus of this elliptic mirror shall be F, with a common axis produced beyond the parabolic mirror, and in the vertex of the of the parabolic mirror a round hole MN is hollowed out, in which hole a tube is placed having the same axis as the mirrors, big enough to be receiving the reflected rays of the visible object from the concave elliptic mirror, and the tube is produced to L, which is close to F itself, and a crystalline lens is attached at L, of which F is the outer focus, but planar in the direction of the eye, having a common axis with the mirrors and tube. And this will be best resolved telescope made for far vision, indeed remote visible objects will appear to the eye through the tube most distinctly enlarged, which is almost in the ratio of the distances of the vertices from the common foci; and made clear in the same way by which vision may be may be explained for such a visual angle; only if the diameter related to the final image shall permit the pupil of the eye to be filled with rays; but how this may be known we have explained in the scholium to *Prop*. 51 of this work. But concerning the magnification of all telescopes, microscopes, and iconoscopes, this rule is to be observed : (indeed it is geometrical, if the centre of vision shall be so, as the eye, on the axis of the instrument, the image shall never depart sensibly from the truth) as the distance of the first image from the vertex of its emergence, to the distance of the same from the centre of the eye, thus the tangent of the semi - angle of the first image seen from the centre of the eye, to the tangent of the semi - angle of the same first image, from the vertex of its emergence. Again, as the distance of the second image from the vertex of its emergence, to the distance of the same from the vertex of incidence, thus the tangent of the semi - angle of the second image seen from the vertex of its emergence, to the tangent of the semi - angle of the second image from the vertex of its emergence; or the tangent of the semi - angle of the third image seen from the vertex of its incidence. Thus it may proceed to the tangent of the semi - angle of the ultimate image seen from the

vertex of its emergence or of the visible object from its own vertex of incidence, which semi - angle doubled gives the angle of the object seen from its own vertex of incidence. One may look at the demonstration in *Prop.* 53 & 57 of this work.

   Concerning the mechanical construction of these mirrors and lenses, from others attempted in vain; I say nothing, as I am less versatile with mechanics. Yet to be asserted boldly, the perfection of optics in lenses and mirrors is sought in vain. If however it should be pleasing to someone, he will be able to apply the particular propositions of this little tract, although indeed imperfect. Indeed the portion of a sphere (although it may not concentrate the parallel rays in one point) presents the position of the image in one spherical surface, to have the same centre as the the portion, which surface is not always able to concur with other spherical surfaces, yet concurrence is required as it should appear satisfactory, at least to the perception. Also, other imperfections of the spherical lenses are, arising from the stated; just as with telescopes with much enlarging, concerning the final image, it will hardly be able to be widened beyond two or three steps; as will be evident enough from working it out, then horrible obscurity appears. But against hyperbolic lenses, it is only objected that nothing will be able to be most clearly seen, except a visible point arising on the axis of the instrument. But this weakness (if thus it is allowed to be called) is sufficiently revealed in the eye itself, yet not to be imputing nature, for which nothing is in vain, as all will be most suitably carried through to the end. Nevertheless, with conical lenses and mirrors not permitted, it will be rather with spherical parts used in the place of spheroids and paraboloids in catopotrics; as with hyperboloids in dioptrics, with which, parts of spheres are less appropriate.

With these we go to the stars.

Epilogus.

Ex hisce paucis Propositionibus generaliter hic demonstratis, pendent non solum tota telescopiorum doctrina, sed etiam universa catoptrica , & dioptrica ; ostenditur enim, quando fiat visio distincta, quando confusa, in quo loco existat visibilis imago, & quanta illius pars ab oculo videatur, in qua ratione fiat imaginis augmentatio, vel diminutio, illustratio, vel obscuratio, quomodo facienda, quomodo calculanda: nunc restat, ut paucula quaedam de telescopiorum generibus dicamus. In hunc usq; diem, duae sunt tantum machinae opticae praecipuae; nempe telescopia ad remota aspicienda, & microscopium ad propinqua; quibus nos tertiam adjicimus; nempe Icoscopium, ad projiciendas visibilium imagines, in *Prop*. 52 hujus demonstratum: atq; hae machinae sunt trium generum; nimirum vel ex puris dioptricis, hactenus tantum cognitis; vel ex puris catoptricis; vel ex mixis, partim catoptricis, partim dioptrics : Deinde in unoquoq; genere infinitae possunt esse species, nempe, ex 2, 3, 4, &c. lentibus in primo; speculis in secundo; lentibus, & fpeculis in tertio : & in singulis illis speciebus sunt adhuc duae subdivisiones, una repraesentat imaginem in situ erecti, altera in situ everso, e quibus illa

semper est preferenda caeteris paribus, quae repraesentat imaginem in situ vero, & erecto. Primi autem generis, nempe e puris dioptricis, haec est sola proprietas; quod posit lentibus quotvis continuari, ita ut visibile quantum libet amplificetur; haec autem habet incommoda; primo ipsius species plerunq; in longitudinem non satis tractabilem excrescunt; secundo pertinens ad imaginem ultimam non potest satis dilatari ad illustrandas imagines,

[**93**]

absque magna crassitie radios visibilis debilitante ; tertio singularum lentium crassities radios visibilis aliquantulum debilitant. Secundi vero generis hae sunt proprietates, primo quod pertinens ad imaginem ultimam possit ad libitum dilatari, absque ulla radiorum debilitatione ; secundo quod ipsius species non excrescant in longitudinem; hoc autem habent incommodum non exiguum, quod vix possint earum specula continuari ultra duo. Tertium autem genus aureum nulla habet incommoda, & omnes priorum generum proprietates habere potest; si lentes & specula rite disponantur; hoc est si pertinentia ad imaginem ultimam, & penultimam sint specula, & pertinentia ad imagines reliquas sint lentes. Nos itaq; exempli gratia unum hujus perfectissimi generis telescopium describemus: Sit ADCE speculum parabolicum concavum exquisitissime politum, in cujus foco C, ponatur parvum speculum ellipticum concavum habens communem focum, & communem axem cum speculo parabolico concavo, & in hoc situ figatur ; oportet autem, ut hujus speculi elliptici focus praedictus quam proxime accedat ad ipsius verticem, & alter quam longissime ab ea distet, sit focus ipsius alter F, in communi axe producto extra speculum parabolicum, & in parabolici speculi vertice excavetur foramen rotundum MN, in quo foramine ponatur tubus eundem habens axem cum speculis, satis amplus ad recipiendos radios visibilis a speculo concavo elliptico reflexos, & producatur in L quam proxime ipsi F ; & figatur in L lens chrystallinae, cujus focus exterior F, plana autem ad partes oculi, habens commumem axem cum speculis, & tubo ; eritq; haec fabrica telescopium optimum presbytis destinatum : visibilia enim longinqua, oculo apparebunt, per tubum distinctissime ampliata, quam proxime in ratione distantiarum verticum a focis communibus; & illustrata eodem modo, quo illustraretur visibile tali angulo visum; si modo diameter pertinentis ad imaginem ultimam permittat uveam oculi radiis impleri; quomodo autem hoc sciatur docuimus in Scholio *Prop*. 51 hujus. Sed de omni Telescopiorum, Microscopiorum, & Icoscopiorum amplificatione, sit haec regula observanda:(geometrica enim est, si tam centrum visibilis, quam centrum oculi, sint in axe machinae, nunquam sensibiliter a veritate aberrat) ut distantia imaginis primae, a vertice suae emersionis, ad distantiam

[**95**]

ejusdem ab oculi centro, ita tangens semianguli visorii imaginis primae ex oculi centro, ad tangentum semianguli visorii ejusdem imaginis primae, ex vertice suae emersionis, vel semianguli visorii imaginis secundae, ex vertice suae incidentiae: & rursus ut distantia imaginis secundae a vertice suae emersionis, ad distantiam ejusdem a vertex incidentiae, ita tangentem semianguli visorii imaginis secundae e vertice suae emersionis, vel semianguli visorii imaginis tertiae ex vertice suae incidentiae; & ita progrediatur ad semiangulum visorium imaginis ultimae ex vertice suae emersionis seu visibilis ex vertice suae incidentiae, qui semiangulus duplicatus dat angulum visibilis quaesitum ex vertice suae incidentiae. Demonstrationem videre licet in Prop. 53 & 57 hujus.

De Mechanica horum speculorum, & lentium, ab aliis frustra tentata; ego in mechanicis minus versatus nihil dico: audacter tamen asseri, opticae perfectionem in lentibus & speculis sphaericis frustra quaeri. Si vero cui placeat poterit praecipuas hujus tractatuli propositiones sphaericis applicare; etsi non adeo perfecte: Portio enim sphaerae (praeterquam quod radios parallelos in unum punctum non congreget) locum imaginis praebet in una superficie sphaerica, habere idem centrum cum portione;quae superficies non potest omnimodo concurrere cum alia superficie sphaerica : [tasis?] tamen concursus requiritur, saltem ad sensum, ut ex praedictis satis apparet. Aliae etiam sunt lentium sphaericorum imperfectiones, a dictis emergentes; veluti, quod in telescopiis multum amplificantibus, pertinens ad imaginem ultimam, vix poterit ultra duos vel tres gradus dilatari; ut computanti fatis patebit : unde provenit horrenda obscuritas. At contra, lentes hyperbolicas solum objicitur, quod nihil possit distinctissime videm, praeter punctum visibilis, in axe machinae existens :Sed haec infirmitas (si ita appellare liceat) in ipso oculo est satis manifesta; non tamen naturae imputanda ; quae nihil frustra, sed omnia quam commodissime peragit. Nihilominus, lentibus, & speculis conicis non concessis; satius erit portionibus sphaericis uti loco sphaerideon, & conoideon parabolicatum ; in catoptrica; quam hyperbolicarum in dioptrica; cum quibus portiones sphaericae minus conveniunt.

His itur ad astra.